

SERENISSIMI PRINCIPES,

DOMINI CLEMENTISSIMI,

Denum eruditione, quàm ne-
cessariâ, præsertim superbiente
hoc seculo, est illud Apostoli,
Philip. 2: 3. ex animi submissione,
alii alios existiment sibi præcellere.
Quo non modò omnes Christianos in gene-
re, sed maximè & in specie Theologos revo-
care vult, ab inani jactantiâ prægrandis sa-
pientiæ & inflatæ disciplinæ; contrà verò
impellere ad studium humilitatis & modestiæ,
quibus impulsoribus, cum Benedicto, discant
credere & profiteri, se omnibus aliis esse viliores,
atque, cum Augustino, de virginit cap. 25.
existimare aliquos in occulto superiores, quibus
sunt in manifesto meliores; dediscant alios de-
sper-

) (

per-